



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlfī Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

VII. Consensus ciuium, pro Episcopatu.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

28 MARCVLFI MONACHI
regulariter Christo auspice com-
mittere dignitatem. Et ideo saluta-
tionum iura digno debita honore
soluentes, petimus vt cum ad vos
peruenerit, ipsum vt ordo postulat
benedici vestra sanctitas non mo-
retur, & iunctis vobis cum vestris
comprovincialibus, ipsum in suprà
scripta vrbe consecrare Christo
auspice debeatis. Agat ergo almitas
vestra, vt & nostræ voluntatem de-
uotionis incunctanter debeatis im-
plere, & tam vos, quàm ipse, pro sta-
bilitate regni nostri iugi inuigila-
tione plenius exoretis.

VII. CONCESSIO CIVIVM
pro Episcopatu.

SVggerendo piissimo, ac præcel-
lētissimo Domino, illi Regi, vel
Seniori communi illius, à seruis ve-
stris, quorum subscriptiones vel si-
gnacula subtus tenentur insertæ.

Principalitatis vestræ circumspēcta
clementia nouit iusta petentibus
adnuere, suo moderaminis iudicio
ponderante præsertim, cū illa de-
poscuntur generali prece, cuncto-
rum voce, communiter quod pro-
ficiat, constat illud ad Ecclesiæ regi-
men pullulare, quod & ipsum re-
galis clementiæ pro sit saluti, pariter
ac mercedi. Quoniam sanctæ me-
moriæ vir Apostolicus ille, illius vr-
bis Episcopus, sine adpropinquan-
te ab hac luce migravit, tempore
naturæ complēti, ne destitutæ sint,
quod absit, oues decedēte pastore,
in loco eiusdem suppliciter postula-
mus, vt instruere dignemini inlu-
strem virum illum, aut venerabilem
illum cathedræ illius successorem,
in quo est præspicuitas sublimis, in-
genuitas nationis, elegantiâ reful-
gens, diligentia castitatis, charitatis
locuples, voluntatis irrefragabiliter

Manu nostra hunc consensum decreuimus roborare.

VIII. *CHARTA DE DVCATV,
Patritiatu, vel Comitatu.*

PRæcipuè regalis in hoc perfecta conlaudatur clemètia, vt inter cūctum populum bonitas & vigilãtia requiratur personarum. Nec facile cuilibet iudiciariam conuenit committere dignitatem, nisi prius fides seu strenuitas videtur esse probatã. Ergo dū & fidem & vtilitatẽ tuam videmur habere compertam, ideò tibi actionem Comitatus, Ducatus, Patritiatu in pago illo, quem antecessor tuus ille vsq. nūc visus est egisse, tibi ad agẽdum regendũq; comisimus. Ita vt sēper erga regimẽ nostrũ fidem inlibatã custodias, & omnes populi ibidẽ commanẽtes, tam Franci, Romani, Burgūdiones, vel reliquæ nationes sub tuo regimine & gubernatione degant, &